aduersabatur recociliantur ac vnius animi atque voluntatis fiunt. In fine autem adiecit auctor processum iudiciarium habitum coram omnipotenti (ut ait) deo inter nobiles thuricenses et helueticos super impetu quem heluetiorum gens auida sanguinis in turicenses fecerat in quo ea que ab heluetiis deuastata fuere depromit et tandem nomine caroli magni imperatoris et friderici romanorum Regis et caroli successoris super persequendis fraudulentis ducibus et seditiosis presertim heluetiis epistolas .2. interseres operi finem imponit. ~~128 150~~ hoc tamen admonitione lectore dignum iudicaui ~~ut sciat~~ nullum fere ad manus meas deuenisse auctorem qui quodlibet verbum ac sententiam ex fontibus sacre scripture ac totius iuris archanis deprompserit ut presentem feliciter fecisse testor/

234 [73]

Vidi

[o] Speculum spiritalis gratie liber quidam est sine auctoris nomine posteritati relictus quinque partiales diffectus hoc singulis commune habet quod reuelationes atque diuinitus facte apparitiones monastice vite sectatricibus Mechtildi atque gertrudi virginibus ~~facte~~ in eis promiscue permiscentur quibus vita sanctitas atque Religio dictarum virginum que in helfede germanie coenobio vestales erant sic dinoscuntur ut facile in admiratione lectores trahant Primo tamen libro particularius ea sola congesta sunt que mechtildi in festis tum sanctorum tum virginis dei pace per contemplationem visa ac Reuelata fuere In reliquis vero .4. permixtim Reuelationibus et exemplis vtriusque virginis instructiones accumulantur quibus caritas ac religiosi effectus mirum excitari possunt: tractantur namque in eis ea quibus orandi modum facillime quispiam apprehendat ac apprehensum executioni mandet quo nihil est ad cristi societatem quatotius assequendam homini xpiano magis et utile et necessarium .92. que xpo dictante sibi per seppissime apparente ~~monstrauerat~~ te ac familiarissime colloquente mostrauerat

235 [74]

Vidi

[o] Joannes fermoneta ad annum .30. supra .1400. in celeberrimo italie litterario emporio bononiensi medicinam professus est cuius hoc posteritati preclarum reliquit iudicium quod circa ea tempora ypocratis aphorismos variis quibus illustrauerit quarum et resolutionibus circa vniuscuiusque aphorismorum perperam ab aliis opinate refellit et galeni in eosdem commentaria non omnibus facile peruia exemplis ac annotatis regulis lucidiora faciens propriam cuilibet aphorismo sententiam annectit luculentissimas preterea questiones edidit in libros tegni Galeni in quibus iuxta doctrinam a galeno pertractatam de corporibus sanis egris et neutris eorumque signis et causis foecunde admodum disserit hoc curiose ut in aphorismis obseruans quod reiectis aliorum falsis in qualibet difficultate opinionibus propriam semper sententiam lucidioribus verbis exponat Duas itaque questiones huic materie vicinas libris tegni annectit in quarum priore quod petebat an ne a principio generationis possit aegri dispositio aliqua neutralis ut nunc vel egritudinalis ut nunc declarato sanitatem optimam esse eam que in latitudine sanitatis obtinet extremum intensius et lapsam sanitatem eam que ab optima vtcumque deficit aliorum reiectis opinionibus concludit necessario omne corpus a generatione productum in principio ab optima sanitate lapsum esse cum optima sanitas non acquiratur nisi in etate qua augmentum prouenit ad suum finem et contingit omnes dispositio lapsa ab optima sanitate sit preter naturam et quelibet dispositio preter naturam sit neutralis ut nunc aut egritudinalis ut nunc sequitur quod respondendum esse affirmatiue In secunda questione inquirit an corpus temperatum in eodem puncto etatis existens cum melancolico sit melancolico substantifice siccius et primisso ex sententia galieni et aliorum medicorum corpus temperatum esse medium super fluitatum omnium corporum concludit non a aduersa aliorum contraria positione corpus ~~melancolicum~~ temperatum in eodem puncto etatis ~~[illegible]~~ existens cum melancolico esse melancolico humidius et non siccius. ~~39~~ in quibus omnibus non tam pratice quam speculatiue ~~medicine~~ ac disputatiue medicine inseruire et acumini probatur/

236 [75]

Vidi

[o] Ad institutionem eorum qui in colonia liberalibus vacant studiis in gymnasio quod bursam montis appellant commentaria quedam huius exordii cum veterum traditionibus acceperunt gentiles in lucem prodiere super libros de celo et mundo de generatione et corruptione meteorologie et paruorum naturalium Aristotelis que licet nullo sint auctoris titulo presignata. hoc tamen doctrina que in eis traditur vestigium habent ~~quod~~ ut et gerardum de monte auctorem annuerat et ex diui thome commentariis precipuam supellectilem sese accepisse profitentur et reuera quequid aristoteles de vniuersi dispone ordine ac vnitate necnon de motu celi astrorumque simul et elementorum